

trer en lui. C'est sur lui que s'est reposé l'esprit de sagesse et d'intelligence ; l'esprit de science et de piété ; l'esprit de crainte du Seigneur, ce que signifie cette expression ; il mourut plein de jours.

Déchargé enfin du poids de cette longue explication et respirant comme celui qui vient de déposer un lourd fardeau ; c'est à vous, bienheureux père recteur, que j'adresse la conclusion de mon discours, et je vous demande que si vous découvriez dans cet ouvrage quelque chose qui

Evangelii in Salvatorem nostrum plenitudinem portebat futuram. In quo requiebat spiritus sapientiae et intellectus : spiritus consilii et virtutis : spiritus scientiae et pietatis : replevit eum spiritus timoris Dei, quod intelligentium est, plenus dierum.

Tandem relevatus longa explanationis onere, veluti deposito gravi face respirans, ad te, beatissime pater Vectri, clausulam sermonis mei dirigo, patens, ut si quid in hoc opere dignum probabili ve-

soit digne d'être approuvé, vous admiriez la magnificence de Dieu à l'égard de ma petitesse. En je vous supplie de ne point me flatter par un sentiment d'amitié ou me défendre par de bienveillantes excuses ; car je ne veux pas que vous fassiez descendre et flétrir l'éminence de votre jugement des hauteurs sublimes qu'il occupe, mais je désire bien plutôt que vous rendiez cet ouvrage digne de louange, en corrigeant ses imperfections, et en les châtiant par une correction parfaite.

ritate perspexeris, etiam circa mean exigitatem largissimam Domini nostri dona misericordie, obsecro, ne aut amico favore permisceas, aut benevolia excusatione defendas. Quia nolo eminentiam iudicis tui a sua dignitate sublimitate deicias; sed potius sic Opusculum meum laudabile facias, dum incondite ejus corrigendo retractas, et perfecta emendatione castigas.

ADMONITIO

IN SUBSEQUENS BREVIARIUM IN PSALMOS.

Recognitis demum omnibus in universis Scripturarum genuinis magni Hieronymi commentariis, hunc de industria reliquum fecimus locum Breviariorum in Psalmos : quippe qui liber, tametsi perperam S. Patri ascribatur, est tamen e suppositissimum numero fetum ex eis praestantior omnibus, neque in ultimum amandari tomum, pro sui dignitate patitur, aut in vulgatis hacutens editionibus in eum rejectus est locum. Quod quidem non editorum modo ante nos omnium consilium fuit, sed et summorum pontificis, ejusdemque sanctissimi Pii V fecit auctoritas, Victorio teste, ut statim post genuina Hieronymi scripta, et antequam ad aliena vestum esset, istud super Psalmos volumen veluti dubium locaretur. Nos etiam tametsi ea rationum momenta, que illud ab Hieronymo adjudicant, pluris multo facimus : sic tamen illi aliquam subinde inesse Hieronymiani laboris partem hue illucque dispersam, que sua se propemodum luce prodita, sonimus. Vulgo autem haec obtinet, propriaque ad fidem sententia est, hujuscem autem Breviariorum vetustiorem se Patrum compilatorem esse, qui ut multa ab Origene, Hilario, Eusebio, multumque his reeonitore Lodagineusi Eucherio, quem laudat in psalnum decimum sextum, deliberat, ex Hieronymi tamen commentatoris, vel qui perierunt, in *Psalmos a decimo usque ad decimum sextum*, vel qui in alias sunt partes Scripturarum, ubi peregrinis in locis multa subinde exponuntur Psalmorum commata, maximam partem descripsit, siveque Operi, atque ingenio coaptarit. Quod ut minime difitearis, potiora saltem proponenda sunt argumenta, que pridem Erasmus, tum Sixtus Senensis, lib. iv Bibliotheca Sancta, Victorius item, et Martianus Dupinianus, ac Tillemonius, ut alios praetermittam, excederunt, quaque ad haec fere capita reducuntur.

Primo, dictionis genus, et stylus, qui internoscendis auctoribus quasi Lydius est lapis, doctrinæ item gustus et saliva, tantum ab Hieronymiano distat, ut abundo satis sit Breviarium istud lustrasse oculis, aut tantisper illud cum veri Hieronymianorum commentariis contendisse, ut statim intelligas multum illud infra S. Patris ingenium esse. Et plane sit quidem in Hieronymiana lectione hospes, qui non illud statim admivrat, contra S. Doctoris perpetuo retentam consuetudinem hic sensum historiæ, ipsiusque litteræ expositionem posthaberi, totumque esse auctorem in allegoriam tropologis que de Christo et Ecclesia : Hebraicam vero eruditissimum et Graciam leviter adeo tractare, ut siue eam interponit, mutuo potius ac verbottenus ab aliis accepisse, quam a semetipsa, vel a fonte repente videatur. Quin etiam observatum Marianum, siquando ad Hebreum textum auctor hic provocat, nihil sum aliud eo nomine quam aut Graciam Aquilæ versicinem, aut Latinam Hieronymi ex Hebreo denotare. Hinc ait psalm. V in Hebreo esse ἑτοίμων, pro τοῦν et Psalm. cxix. πρεσβύτερος, sive ἀπεστόλος, pro בְּנֵי כָּהָבָד, que ultraque interpretatio est Aquila : quemadmodum et cum ait, selâ haberi pro semper, quod ex Hieronymi versione, non ex archetype accepit. Denique ita modis omnibus ab Hieronymi gusto auctor hic dissidet, et interdum a semetipsa diversus, non unum, sed plures ejus consarcinatores fuisse operis indicio sit. Nempe aliquod psalmos bonis aliorum Patrum sententias non incurrite subiectis, ad commentatoris modum exponit : alios ad concionatoris instar, homiletico dicendi genere ad populum, sive in fratribus conventu tractat ; et quod maxime a S. Doctoris ingenio, vitaque insitudo abhorret, excoruit semper in allocutionum formula, sive auditores suos interpellans, sive narrationem suam prece aliqua ad Deum fusa concludens. Longiorum paulo psalmum contestimus

octavum decimum tribus edisserit homiliis: centesimum vero undecimum, quod latius exponendo persequi non possit, horam causatur. His similia, que nihil minus quam Hieronymi in explicandis Scripturis morem redolant, toto proponendum libro, ne singula nunc otioso replicemus, inventias.

Secundo, nedum aliena multa, sed et contraria penitus Hieronymianis placita auctor propugnat. id genus est illud cum primis, quod cynomyiam psalmi civi interpretat, *canninum museum*: Hieronymus e contrario, epistola 104, ad Sunniam et Fretulanam *zōgvoyzō* legi vult, reddite, *omne muscarum genus*, sive ad Aquila sonsum, qui *zōgvoyzō*, interpretatus est, *omnimodam museam*. Psalmo in sequenti civi Chami terram, quam Hieronymus *Ägyptum* esse perquam eruditus asseruerat in Quesst. Hebraic. in Genesim, hic pro ipsa accipit Palestina, cui scilicet terra, gentibus deletis, Hebrei suos cesserent: et quod in iisdem Quesst. ad Gen. xv tradit S. Doctor *Naid*, sive *Nod*, minime juxta Gracorum Latinorum opinionem pitanum esse terram quam Cain incoluerit, hic pro ipso habet proprii nominis loco. Verus Hieronianus, epistola 140 ad Cyprianum, psalmum octogesimum nonum Moysi utpote auctori tribuit, quin et subsequentes, *undecim qui non habent titulos*, *eiusdem esse Mosis* contendit lib. contra Rufinum, eamque sententiam, quam ipse ab Origene, hic ab Huello acceptat rursum cum aliis locis, tum praecepit proemio in Malachiam probat. Ex alverso Breviariorum auctor in tot expositione titulorum prolixa, eos quoque invulsi Davidi tribuere, satisque manifesto indicat tuta illa in eius sensu laciniata disputatione, cam se penitus ignorasse doctrinam. Aliis his geminate tute ipse, lector, inventias, si modo laudatas ad Fretulanam, tum ad Cyprianum epistolatas, duasque alias, alteram ad Marcellanum 34, alteram ad Principianum 65 quibus psalmos aliquot S. Pater exposuit, cum hoc conferas Tractatore. Quedam et nos interdum in notis animadvertisimus, ne te hic ubi cum numero pugnandum esset, longius traheremus. Ut vero qua pseudonymus auctor peccat, non dissimilamus, ita *egre ferimus*, iniquis enim accusationibus aliquando premi. Martianus, exempli gratia, cum notat imperitie ea de causs, quod de Iscariotis nomine dixerit, *dubium, an patrem significet, an villam ejus: quasi voces ipsas, patrem ejus, aut villam ejus, elymon patari esse*: At non hic sensus et mens ejus fuit; sed cum vulgo receptam sententiam probaret duabus vocibus וְנִזְמָן nomen componi, ut sonet *hominem ex chario*; incertum hoc dixit, num altera patri esset, an villa, sive ejus, in qua natus est, terra appellatio. Nec altera aquior est accusatio ad psalmi cxxv locum illum, *Omnis homo mendax*, ubi in Hebraico haberi notat auctor, *Omnis homo mendacium, quod dicitur chasab*. Martianus pro *chazab* in is quibus usus est mss. inventit *zeam*: idque ab ipso scriptum tractatore contendit, ut tante cum imperitie arguat, quod postremum litterarum vocis חַזָּב, *chazab*, confuderit cum prima subsequenti in Hebraico exemplari מְזָבֵחַ, *ma*, et talsus praeterea fuerit in כָּבֵד, *pro beth* accipienda: confidit denique nullius significacionis vocabulum. Enimvero proprius ad fidem est, falsi mss. eos libros, culpamque omnium non in tractatore conferandam, qui primis recte scripsiter, sed in amanuenses, qui ignotam sibi lectiōnem postmodum fidei depravari. Atque idipsum puto, constabat ex easdem illa Martianeī argumentatione: non si Hebreas litteras in tantum auctor hic noverat, ut archetypum adire posset, ex eoque accipiens, utcumque falli: jam tot uia in vocalia errores errare omino non potuit. Demus, illum *cahp* properanti oculo accipisse pro *beth*: sed et primam כָּבֵד, vocis ejus litteram formaticem pratermisit: denique tertiam mem כָּטֵב temere sufficit ex dictione alia. Hominem vero, quem ut hujuscem latus accuses, pro certo ponas Hebrei codicis versandi, perlegendique fuisse non necsum, tribus in litteris totidem hallucinationibus aberrasse, per minime est credere. Igitur quando volgati ante libri optime habent *chazab*, haec est omnino refinenda lectio, siueque ipse putandus auctor scripsisse, non ex scribarum ostentia in eam trahendus calumniam. Scilicet enim qui se miss. codicem studio dediceret, quam saep, quibusque verborum monstris exoticas voces Latini amanuenses deforment, ut si eorum standum sit fidei, ne ipse quidem Hieronymus Hebraice aut Graece sciuisse videvi possit.

Tertio, ad evincendam scriptiones fraudem ex ipsiusmet auctoris, verique Hieronymi de se testimoniis argumenta derivantur: quamquam, ut aperte quod sentio dicam, que vulgo preferuntur, infirmiora mihi sint visa. Victorium illud pro ceteris movit, quod sub initium centesimi trigesimi secundi psalmi tradit de se auctor, fratrem sibi esse secularum, contra quam prudenter de Hieronymo, eujus unicum fratrem Paulinianum satis adhuc juvenem, presbyterum S. Epiphanius jussit. Amo vere autem difficultatem sic militat, ut dicat vel nondum fuisse presbyterum Paulinianum, cum haec

Hieronymus scriberet, vel alium in seculo habuisse fratrem, quem ignoramus. Nihil vero ei debuit negotii facessere locus ille plane allegoricus, ubi ipsum seculum, cui valedixerat, auctor vocat secundum fratrem. Ex ipsis hoc verbius liquet: *unum, inquit, fratrem dimisimus: et ecce quondam inventum meum. Frater meus secularis (quod de meo loqui, ne singulis loqui) non tantum me amat, sed substantiam meam*. Martianus alia se prolatarum receperat testimonia, quibus tractatorem hunc degisse in *Ägypto*, ibique in monachorum conventu Psalmos lectos, vel decantatos exposuisse, ejusmet verbis evinceret. Verum ubi ad eum ventum est locum, satis babui lectorem amandare ad psalmum cxliii, in cojus sunt quidem narrations nonnulla, quae recentiorum Hieronymi etate hominem, quem vero *Ägypti* incolam aut Palestinae dentulam nota. Hinc illa, nobis conjectura fore fit ceteris verisimilior, qua caput ex psalmo cxxxv, ubi se auctor monachum egisse in Britannianitatum, non manifesto prodiit. Quippe hanc statim nominat, ut exemplum e regione aliqua sumat, probatum stellas pari ubique fulgere radiorum appareat: idque est indicio, ab ea, uti par erat, quam incolebat ipse siue auditores terra, ad reliquias illum mundi plagas argumentari. *Sicla, inquit, que videtur in Britannia, ubique et ipsa appareat*. Ne tamen, qui statim occurserit menti, Bedam hunc putes esse, sed alium potius per ea tempora, septimo videlicet atque octavo seculo, Scotorum abbatem, qui sane ingenti tunc numero eruditissima laude florerunt. Per ea, inquam, tempora, nam et commentarii ejus ingenium, et mentio Lingdunensis Eucherii, qui medi seculo quinto claruit, sequiriem istam etatem clamat. Possim et laudare ex is quenamplam de nomine, et cum primis S. Columbanum abbatem Luxoviensem, in Hibernia Scotorum insula natum, cojus, in universum Psalterium commentarios, cum adhuc junior esset, atque adeo prinsipiis et Britannia proficisciatur, elucubratos, Siegbertus, Anonymus Melicensis, Trithemius, atque alii celebrant. Verum de illo erit dicendi locus paulo post, ubi et inediti commentarii, quem ex ejus Bobiensi monasterio accepimus, speciem exhibemus. Nunc que ipsiusmet Hieronymi de se testimonia, istud ab eo opus aliquid, preferenda sunt. Atque illud inuenientissimum quod habet in caput Isaiae xvii, quem liberum circa an. 410. sub vita sua propodem finem composuit, ubi cum de Psalmis octavo atque octogesimo tertio sermo incidisset se illos fatetur appetissimum nondum exposuisse. In bonum, inquit, partem scribuntur psalmi pro *toreularibus*, *octavus*, et *octagesimus tertius*: *de quibus in suis locis, si vila comes fuerit, Domino praebente, dicetur*. Reliquum vita ejus tempus decennio plus minus concluditur: siue via potius operi prophetali supremam manum imponere, ut in Jeremiam, qui reliqua erat, commentarios, morte intercedente, reliquerit imperfectos. Hoc vero palmarium, quod cum ipsum Jeremiam exponeret, ad caput secundum simile quid pollicetur, fore videlicet, ut plenus de *Portis*, quae in vicesimo tertio psalmo memorantur, suo loco dissepar. Illico enim comportunt est quam quod maxime, non fuisse ab Hieronymo illud operis conditum, cuius partes aliquas, easque non postramas, nec certis de causis antea praepermisas, nec aliquo inter se junctas ordine, sub ipsum vita extitum tradit ipse, non nisi propositum habuisse animo elucubrare.

Nihilosecundum alia non imbecilliora argumenta persuadent, quod initio proposimus, ex veri sepe Hieronymi pannis universum hocce Opus compori. Id scire per se quis poterit, si que sparsim loca Psalmorum S. Pater est interpretatus, que maximam partem in uniuscunque tomī indice colliguntur, conferat cum Breviariorū locis, notetque longas parodias, ac sepe nudem sententias, sed et verba eadem deprehendat. Par quoque fit opinari, *tractatus illos septem in Psalmos a decimo usque ad decimam sextum*, quos in suarum elucubrationum censum recipit ipse in catalogo, iamdui vero intercidisse, quod seorsum certaque germanitatis nota distincti non habeantur, existimatū est, hic interjectos: idque ipsum exornans et in ceteros psalmos commentarios ansam studio compilaro prebebas. Que praletra vetores ex Hieronymo in psalmum hunc vel illum laudent, describuntque loca, suntque illa totidem in Breviariorū hoc verbi concepta, hand quidem facile alia excipias ratione, quam si quibusdam assumuntis, que revera e S. Doctoris edalam profecta sunt, pseudopigraphum librum interpolari pro certo habeas. Laciniam ex nonagesimi tertii psalmi narratione recitat testis omnium locupletissimum, atque Hieronymi super S. Augustinus in Commonitorio ad Fortunatianum, sive epist. 148, cortus adeo de Hieronymiane scriptiones germanitatem, ut hanc praecepit tanti nominis auctoritatem contra adversarios urgeat. *No multa, inquit, commemorando, maiores mores faciam, hoc unum S. Hieronymi interpono*. Et mox, *Cum ergo ille vir in Scripturis doctissimus psalmum exponeret, ubi dictum est*: Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, et stulti aliquando sapite,

qui plantavit aurem, non audiet, aut qui fixit oculum, non considerat: » inter catara. Iste locus, inquit, aduersus eos maxime facit, qui Anthrepomorphitz sunt, qui dicunt Deum habere membra, quae etiam nos habemus. Verbi gratia dicitur Deus habere oculos: Oculi Domini respiciunt omnia: manus quia fecit omnia. Et audivit, inquit, Adae sonum pedum Domini deambulantis in paradiſo. Hęc simpliciter audient, et humanae imbecillitatis ad Dei magnificientiam referunt. Ego autem dico quod Deus totus oculus est: totus manus est: totus pes est. Totus oculus est, quia omnia videt. Totus manus est, quia omnia operatur. Totus pes est quia ubique est. « Qui plantavit aurem, non audiet, et qui fixit oculos, non considerat. » Non dicit qui plantavit aurem, ergo ipse auren non habet. Non dicit, ergo ipse oculos non habet. Sed dixit: Qui plantavit aurem, non audiet, et qui fixit oculos, non considerat. » Membra tulit, efficiencias dedit. Hęc enim vero non alihi apud Hieronymum, quam in hoc ipso perperam illi ascripto Breviariorum invenias: ubi ad eum psalmi nonagesimi tertii locum sic totidem descripta sunt verbis, ut ab illo propemodum archetype accepta videantur. Quae tametsi nobis in generali praefatione via sunt non ex commentatorio quopiam in psalmos, sed ex una aliqua S. Doctoris epistola ex iis quo intercederunt, desumpta: Hieronymianam tamen esse non dubitavimus, Augustino pro eorum germanitate fidejubente. Porro alia sunt, que Servatus Lupus in *Collectaneo de tribus Questionibus* ex hoc iupto Hieronymi Breviariorum laudat, ut est illud in *explanatione primi psalmi*, quod suo loco expendemus: alia que S. Gregorius VII (hunc enim verum esse commentarii in psalmos punitentiales auctorem: non cui vulgo tribuitur, S. Gregorium Magnum, propior ad fidem sententia) et psalmi quinagesimi versiculo 17 expositione describit, acceptaque refert Hieronymo: que quidem sibi minus ad universi Operis, certe ad eum, quas recitant sententiarum γνῶστες astruendam, plurim momenti habent, notantque insuper, quam longo ab hinc seculorum intervallo, pro Hieronymianis sint habita.

Denique ut alia multa Hieronymi vel dogmata, vel etiam verba huic inesse Breviariorum sentiant, illud principice facit, quod de se trahit S. Pater, in fratribus convento quotidiani commentatoriis Psalmorum edisseruisse. Aperiſſima ejus haec verba sunt lib. i contra Rufinum, num. 19: Illud carpe dicitur (Rufinum) quod secundum psalmum interpretans, pro eo quod legimus in Latino, « apprehendit disciplinam, et in Hebreo volumine scriptum est nescubar, dixerim in commentatoriis meis Adorate filium. Et rursus omne Psalterium in Romanum vertens sonum, quasi immemor expositionis antiquę posuerim, Adorate pure: quod utique sibi esse contrarium, omnibus paet. Quam objectionem, cum in sequentibus perquam erudit, diluisset, haec subdit: Quid igitur peccavi, si verbum ambiguum diversa interpretatione converti: et qui in commentatoriis, ubi liberis est dissiderendi dixeram, Adorate filium: in ipso corpore, ne violentur vilateres, et iudicantes columnas locum dare, dizerim, Adorate pure, sive electe, etc. Quin igitur breviores quedam commentatorios in Psalmos profuderit S. Pater, nihil es dubium: quod enim eos in suorum catalogo Operum non recenseat, causas in generali praefatione aperteimus, eamque in primis quod oretamus iusi, non scripto fuerint ab eo consignati, ne jure adeo in scriptiorum censum venirent. Jam tunc vero de loquentis ore fuisse ab aliquo auditiorum uterum chartis exceptos, et in vulgus prolatos, probat illa Rufini cavillatio, atque ipse Hieronymianae responsione contextus. Apparet autem multis in locis notarios propterea rudi adhuc labor illi in aliorum manus, Hieronymi quidem nomine insignis, sed adeo hiulius, imperitus, informis, ut licet magis condendo operi, quam opus ipsum viderentur: et licet sibi studiosus quisque putaverit assumilis aliis contare atque aliis, et pro suo quisque captu centonem illum farcire, ita persuasum est mihi, hacque una sententia existimo, variae posse doctorum hominum opiniones conciliari, varieque expositiones, que in nouellissimo doceat, in aliis dedecet Hieronymum, causam internoscit. Hęc enim vero una, eaque in primis digna, que ab hujus libri editoribus expenderetur, est ratio, cur tot existent, tamque diversa sub Hieronymi nomine ejus Breviariorum exemplaria. Scilicet primum illud sancti Patris αὐτογένεια ab ore edisserentis temero exceptum, varie pro suo quisque ingenio et commodo interpolatores refuderunt, varieisque temporibus in vulgus, et quasi sub diversis obstercioibus proditi.

Ut rem probe teneas, opera primum nunc sit, nonnulla ex his quae in bibliothecis latent, nosque oculis usurpavimus, vel cum tantu viderentur, aliqua etiam ex parte descripsimus, proferre in medium; certissimo enim indicio cum dissident inter se invicem, simul et νόστις accusant. Duo non ita pridem typis innotuere aliqua saltem ex parte ad faciemendum de auctore periculum. Primum *Expositio Psalmorum* inscribitur, ex qua Martianus ea que pratermissa sibi visa sunt a Breviariorum consarcina-

IN SUBSEQUENS BREVARIUM IN PSALMOS ADMONITIO.

tore, in ejusdem calce subtexxit. Excepit autem ex duobus mss. codicibus, quorum unum contulit descripsitque diligenter sodalis ejus D. Franciscus Leacher e ms. monasterii S. Petri de Pratellis, alterum ipse tractavii codicem Corbeiensem. Nos elegantissimum in Ambrosiana bibliotheca, quae Mediolani est, alium offendimus, folio minori compactum, ac numero distinctum vigesimo supra centesimum, qui eandem illam expositionem totidem verbis, quantum assecui conferendo licuit eam partem, quam Martianus vulgavit, nostro Hieronymo ascripiam exhibet. Ante nos cum codicem vir impense doctus excusis, illudque opus Florio Lugdunensi diacono tribuendum censuit. Causam i d asserendi precipuam hanc habuit, quod in codicis fine post narrationes omnes, versus quadraginta duo de Davide ascripti sint, quibus liberum Psalmorum dedicat *Florido abbati Florus supplex*. Incipiunt.

Hoc citharista puer lyrics concentinas hymnos
Edidit in laudes, o bone Christe, tuas.

finiunt que his:

Jamque vale, Florique tui sine fine memento,
Ut valde culpis ipse carere suis.

Et Flori quidem Lugdunensis versus eos esse, non imus inficias, qui et eum novimus pangendis ejusmodi in S. Scriptura libros carminibus, sacrificie delectant et nominis inscriptionem antiquam certissimum νόστις, argumentum tenemus. Verum ipsam expositionem sive commentarios, neque ea de causa, neque ullo alio modo eidein ascribi posse contendimus: quando ipsorum contextus verum manifesto se prodit, in ipsiusmet Psalmorum libri commendationem, recensionemque minime vero in ejus expositionem elaboratum. Haud pigate rem totam ex his discere, quos cum in regi Vatis laudes excusset, auctor subnecit.

Jugibus idcirco preceibus, cantuque perenni
Ite, Pater, ex vestro personae ore lira.
Quia oritur osculari, et maxima Nulla
Ostia, et alienigena horum illa una tam
Quamquam sacer longi corruptum emeribus evi
Reddidi antiquo Hieronymus decori.
Ingenio cuius pulchra instruxit sagitis,
Stataram rutilo [Sc. obelis et asteriscis] tota nitore micat.
Quae statuosa manu multi sudore laboris
Restituta, et inlata, et inlata.
Namque per inculas errat dum implexa palmas,
Dulex et ambrosia tintac ligure lira:
Perdidera fulvi reddantia signa metalli:
Textar et furvo fila canora siti:
Sed canori hebreica rursus [Ms. versus] ratione polita,
Asperguntur, et denuo picta manu:
Mellifluis colli spuma, et inlata.
Concepant apelicu carmina eterna sonos,
Hunc cape correcimus gratulati corde et sonum.
Utque ita permaneat, da, Pater, oro, operam:
Nulus enim fructus conamina nostra sequitur,
Erasis vitis, qui bona subdidimus:
Ni vigil atque sagax studio, Pater optime, vestro
Conservet scriptor que modo recta manent.

Nullam hic vides Florum a se adornare expositionis mentionem facere, totum vero in eo esse, ut recenti emendati codicis industram project. At nemo, opinor, sibi persuadeat fieri posuisse, si Psalmos quoque illo commentator illustrasset, hac ut de re saltem verbo monere Flordum abbatem suum prætermitteret. Quin immo tanti operis rationem ac studium multis commendasset, qui in nova recensionis, ejusque fortasse ab alia studiosa manu concinnata, laudes exaggerat. Quamquam et alii argumentis perspicuum est plane, atque evidens, Florum condidit in Psalmos commentatoris numquam manu admovissus: neque adeo ejusmodi laboris meminisse usquam seu recentiores, qui virorum doctrina illustrum, ipsiusque operum Flori catalogos instruxerunt. Denique, ut et multa alia ob argumenti propinquitatem, ita et ejus diaconi versus compertum nobis est adscitos altunde, junctoque illi commentator ab eo qui codicem compegit; nam et meliore consilio eos alibi vidimus in uno alteroque Vaticano ms. Psalterio ipse, Galileanæ ut vocant versionis, prefigi. Non est ergo ejus auctor commentatori Florus, sed sequior alius, quicunque tandem die fuerit, interpolator Breviariorum in

Psalmos, qui non eas modo enarrationes, quas et Martianus audiret, sed plerasque omnes exinde acceptas in aliam atque aliam formam migrare Jussit: utque securius fidei lectorum imponeat, Hieronymi personam induit. Nedum vero falsa sunt, sed et Hieronymiani nominis prouersus indigna, quae prefationum loco praemissi schedia. Prima est celebris illa ad Damasum epistola, *Legi litteras apostolatas vestri, poscentes ut secundum simplicitatem LXX interpretum canendum Psalmographum* (in cod. *canentes Psalmographum*) *interpretari festinem, etc.*, a Marlio pridem vulgata, lantisque sententiarum ac verborum monstris sententia, ut mirari non desinam potuisse Heschenium, hominem casta doctum, pro germanis habere. Ejusdem fere sunt furfuri reliqua: *Modus Psalterii. Psalmorum in modum deltae litterarum formati ligui sonora concavitas, etc.* Et que subduntur: *Quia prophetus spiritus non semper eorum mentibus praesto est: quatenus cum hunc non habeant, se tunc cognoscant ex Domino habere, cum haberent.* Succedit his genuina S. Doctoris prefatio in Psalmos a se iterum ad Graecum exemplar emendatis, qui incipit, *Psalterium Romae dudum positus emendarunt, etc.* Subsecutus ipsa, in cuius haec diximus gratiam, Psalmorum prolixa expositiō: *I. Psalmus David de Christo. Quidam putant istius psalmi clavis super Christi Domini nostri personam esse referendam, ut beatus iste vir, secundum hominem Christus sit, etc.* quemadmodum et in suo codice reportat Martianus, nosque post eum in Brevariorum calce excudemus. Post Psalmos enarrantur et Cantica, tum Oratione Dominica exponitur, ubi et panem supersubstantialem per quotidiano tractator legi. Symbolum quoque apostolorum, et *Fides catholica S. Athanasi* paucis explicatur: atque in illo quidem de *Remissione peccatorum* articulus retinetur, quod Symboli longe antiquissimam atatem notare videtur (si quidom neque in iis compareat Tertullianus, Irenaeus, vel Origenes recitant) nisi verius putandum sit, scribarum oscitanta hac illum expositione pretermissemus. Post hec. *Explicit Hieronymus super Psalterium: duque hi versus adscripti:*

Francisci memoris sicut haec sua scripta legentes,
Omne cui subest fundere sepe precies.

Cetera persequi, cum jam de Flori poematio dixerimus, nihil interest.

Revertamus ad Martianum. His que diximus adjunxit ille et longam *præfationem de libro Psalmorum*, quam in tribus mss. exemplaribus hebreicae veritatis inventit, et pridem el. Coteletius in notis ad tom. III *Monumentorum Ecclesie Graecæ verissime pronuntiaverat, nec Hieronymi, nec Hieronymiani consarcinatores esse.* Nihil vero dubium describi totam ex *argumentis Eusebii Cassriensis in Psalmos*, quas ille *Tzotzole*, vocat: quamquam Latinus, quisquis ille fuerit interpres, neutrā lingua probè calluisse videatur. Hujus quoque Prologi nos multo emendatis exemplar in Ambrosiana bibliotheca invenimus, codice 1, 6, olim S. Columbani de Bobio, ex quo illum castigationem suu loco, ut ne quid desit, exhibemus.

Alteram *Psalmorum interpretationem* nuperi *Anecdotorum* collectore domini Edmundus Martene, et Ursinus Durandus proferunt ex ms. Aquicinctensi, qui tamē liber non Hieronymum, sed Hilarius Pietaviensem autorem præfert. Ipsi etiam laudati editores quondam ejus operis partem, quatuor scilicet tractatus in psalmos xv., xxxi., xli., et cxxl., quos primo edidit in lucem, Hilario adscribunt. Cetera non diffiduntur Hieronymiani exceptoris esse; arrepto enim, inquit, volumine Breviarii in Psalmos, quod Erasmus et Marianus Victorius sancto doctori attribuunt, integras enarrationes illi attributas referri, reperiimus. Nihil ego dicam quod false Erasmus pro Breviarii assertore hic laland: illud vero contenditur, ita quatuor hosce tractatus Hilariam autorem non habere, ut reliquos omnes certo solius mentiri Hieronymum. Nulli non pateant ejus rei argumenta ex ipsorum lectione tractatum repetenda, si cum Hilarii sermonibus conseruantur. Satius vero sit, ut propositum teneam, atque ostendam, nihil esse aliud codicem Aquicinctensem quam Hieronymiani breviatoris paulo diversum exemplar, illas quas proferunt pro coram tractatum germanitate causas obiter expendisse. Quatuor, inquit, iste enarrationes, quas necdum vulgatas in codice illo reperiimus, in editio Hilarii operibus desiderantur. Animadversus præterea in illis Hilarii in scribendo methodum observatam, stylum ejus, Scripturæque versionem antiquissimam: nihilque adeo incommodi visum est, si eas Hilario attribueremus. Secus hec erat inunda ratio; colligerent enim hand probe, si quatuor illa duntaxat ab Hilariano commentaria excidissent: nam ut tantum panni adsuas, quan-

tum sarcinda vesti opus fuerit, non adeo fit illud ejusdem ac reliqua vestis texture ac lana. Nunc vero cum multo plures, sive in quindecim alias psalmos expositiones Hilarii desint, quæ in eo tamen omnes sunt codice fluxi nimis arguent ex eo defectu, faciuntque sane pro arbitrio, non ad codicis fidem, cum hisce et ceteris repudiatis omnibus, illas adsciscunt. Tota illa pseudonymi auctoris collectio est: et qui genuini tractatus in Hilariana editione superant, ab his qui in hac sunt collectione, recessunt immane quantum. At, quas repudiant, manifesto constat Hieronymiani consarcinatores esse ex Breviario, in quo totidem descripta sunt verbis: nonnulli etiam ex illis quedam continent, Hilarii avo atque ingenuo non consentanea; econtrario quas recipiunt quatuor, et ab his quæ in vulgata Breviariorum habentur, prorsus alias sunt ac diversa, et a Pictaviensis episcopi stylo ingeniose non dissident. Nimirum hoc est ipsum, quod nos magis movet, ut contrarium putemus ex ipsorum metu argumentum colligendum. Nam si opus omne reliquum personatus auctor consarcinavit, cur non et quatuor ipsos tractatus, tam longi operis sunt parexiguntur partem? Quis sibi in animum inducat, eum cum cetera omnia ex variis Patrum segmentis colligerit, istos, auctorēs descripsisse ex Hilario, nihilque immutatis sententias aut verbis, centoni suo adtexuisse. Erat igitur inferendum hoc potius modo: Si nonnulli ejus commentatores partes, quod ab Hilario temporibus manifeste abudant, illi ascribi omnino non possunt, nullae sunt quae jure merito veniant in ejus scriptorum censum. A litera non quatuor tantum homilia, sed si quæ aliae preterera sunt, quæ nihil ab Hilario avo dissociant, pro Hilariensis erunt continuo habenda, coque pacta etiam quas dubium est, num Pictaviensis episcopus aliquando fuderit, aliena incubationes sufficient. Quod autem quatuor illa penitus diverse ab his sint, quas Hieronymiani compilatoris Breviarium exhibit, nihil pro Hilario facit. Sunt enimvero passim diversa, ut diximus, ejus libri exemplaria, idque solenne est ejusmodi incubationum symbolis, ut pro suo quisque libitu vel orationem habiturus ad populum, vel sibi confitatus codicem commentatorum in Psalmos, nonnullos tractates ex aliis auctoriis decerpere, aliquis testimoniis interpolaret. Fluxum adeo ac lete alterum queque est argumentum a stilo: nam etsi daremus uterque ab Hilariano micromon abhorreat, hand sans pauci alli tractatus sunt penes Hieronymianum consarcinatorem, quos nemo hominum Hilario tribuat: tamen ab istorum quatuor ingenio ac methodo ac latum quidem unguem recedant. Nempe ut aliorum Patrum ita et Hilarii segmenta vterque tractator expilavit: ille Origenem in sua transtulit, nihilque mirum siue hunc sedimente redolent.

Sed jam alios persequamur propositi Breviariorum variis inter se codices percensere. Florentie in biblioteca Medicis Laurentiana, pluteo xvii.; membranaceus codex, num. 20, prenotatus, exorditur a psalmo centesimo decimo nono, deveniente ad usque centesimum quadragesimum quintum satis antiqua manu, quamquam in fine quedam exesa vetustate folia recentior supplet. At Hieronymi quidem *Expositionem super Psalmos* continere annolat vetus librarius; qui vero codicem primo descripsit, hoc donec titulo: *Commentarius in Psalmos David.* Eadem in urbe in bibliotheca Patrum sancti Marci, duo perantiqua exemplaria apponunt S. Doctoris nomen: tamen alterum, *Commentaria D. Hieronymi in Psalmos: Alterum, Breviariorum D. Hieronymi* inscribitur. Sæpe audit *Expositio Psalterii*, hocque titulo passim occurrunt sequioris avi mss. et quibus unum landamus R. littera et num. 42 prenotatum in Ambrosiana, quæ Mediolani est, bibliotheca. Invenire quoque est aliquos hac una inscriptione, *Hieronymi in Psalmos: talenque ibidem observamus littera G numero insignitum uno supra centesimum.* Vidimus et Rome nonnullos, quos inter vetustioris ob etatis prærogativam memorandas catalogus in uno Palatino Vaticano, qui numero vigesimo septimo denotatur, prioribusque duabus pagillis nescio cuius antiquioris bibliothecæ indicem librorum textit. In his, *sanceti Hieronymi super Psalterium a primo psalmo usque in xxvi, ex Oriente sumptum, in uno codice.* Et, *Ejusdem aliis xxvi (leg. fort. LXXXIX, usque in finem. Non Expositio Psalmorum paucitentialium in uno codice.* Descripsimus quoque multa postremi hujuscem operis ex quadrato, coque probè vetustatis ac nota manu, olim S. Columbani de Bobio, nunc Ambrosiano sub R littera ac num 42. Titulus ejus libri habet: *Incipit Psalmus, quos beatus Hieronymus ordinavit pro penitentia esse canendos.* At quæ temporis varia ab editis, inciditque aliis libris glossemata excorpus, non tanti nunc videntur esse, ut Hieronymiani nominis studiosi lectori offeramus. Quia etiam in universum, si velim, que innumeræ sunt, codicum inter se dissidia studiouse conferendo exponere, nec facturus sim opera prelum, nec satis præstare ipsam rem possim; certum quippe est hominis ejusmodi sibi decerp-

dis, conflandisque inibiisse olim tractatores Ecclesiasticos magno numero, ut si quis speret posse, quod quisque contulerit, estimare, perinde sit ac si mare exhaustus velit.

Digna tamen visa res est, eaque maxime ad eruditorum hujus aevi ingenium, unum quem ceteris multo prestantiori omnibus, ac toto coelo a vulgatis diversum inventivis, diligentius expendere, ejusque aliquod specimen, quando integrum opus huic referre non licuit, lectoribus dare. Est igitur iste toties laudata Ambrosiana Mediolani bibliotheca antiquissimum calamo exaratus liber, qui plane aliam ab his, qua haecne innotuerunt, canique sane elegantiorem, sub Hieronymi nomine Expositionem in Psalmos continet: ut si qua alia inter S. Patris opera locum non immergit obtinere visa est, hec supra ceteras etiam cum dignitate stare possit. Codex sub C littera uno supra trecentesimus numero proutatur, estque oblonge, ut vocant, in filio forme. Olim ad S. Columbanii de Bobio monasterium pertinet, ex quo omnius pretiosissima ex importata sunt antiquissima monumenta. Caraktere descriptus est, ut vocare antiquariis placet, cursivo velutustioris formae, et qui ad eam proxime accedit notarum figuram, quam in Egyptiis papyris hodienum cernimus. Quamobrem et est semper lectu perquam difficultis, ut notis internoscendis multa exercitatione opus sit: et litteris interdum exesis vetustate, aciem oculorum diffugit, ut satis non uno in loco duxerimus, pati lacunulas aliquot, quam ex ingenio supplere, si fieri id tuto non possit.

Prior charta, qua ad codicem praetextum libarius est usus, Latinis illa quidem litteris tota describatur, iisque fere similibus reliquo codicis characteri, sed quam sonant linguam, cl. vir cui summa omnia tribuo, ignotam dixit, aut veterum Illyricam. Ego, si hoc ipsum lectoris interest scire, Hebraicam esse monomerim: sunt enim ejus rei indicio, que possint, plerisque aliis litteratis, pauca legi Hebraicæ terminatiois, et soni vocabula: cum primis vero istheo, que ad vocem *hiruzech* apponitur ad libri oram interpretatio, *urbs fortitudinis nostra*. Ita nimurum que vocem illam compount verba, *hir*, *Hebr*, *urbs*, *urbs*: *urz*, *Hebr*, *rz*, *fortitudinem* sonat: affixum denique *ch*, *Hebr*, *r*, pronomen est, *tua*. Rescribendum igitur, inquies, Latina erat, *urbs fortitudinis tua*, non *nostra*, ut Hebreo responderet, quod non diffiteor; verum ita sentio, non ejus vocis in Latinum explicanda gratia, sed ut paulisper diversam ab illa significaret esse Latinorum lectionem, fuisse ab studiose aliquo notam appositan. Is vero quicunque fuerit, Originis industriam est imitatus: quem enim ille Hebreum textum Gracis litteris sibi descriptis in Hexaplis, hic Latinis reposuit: nimurum uterque vernacula. Fortasse etiam illum Origenis apographum, non Hebreum archetypum Latine representavimus: idque causa fuit, eur peculiares primigenie linguis sonos, et quibus secat aspirationum modos, idque genus alta de Gracis non usque adeo ad rem aptis elementis, ad Latina minus fortassis commoda per vim detorta Scriptura sepe non referat, et dare sine mente sonum videatur.

Sed hec obiter: jam ipsum describere commentatorum persequamur. Dicimus Hieronymo tribui, sic enim prefert codicis inscriptio, primaque ejus folia, que vere Hieronymianas in Psalterium prefationes exhibent. Habet initium libri: *Incipit Prefatio Hieronymi Psalmorum in Christo: in fine: Explicit Prologus S. Hieronymi. Praefationes ille ipsa sunt, quae S. Doctor vel ad Paulam epistolam vice dedit, vel Psalterio ipsi a se primum emendato, tum ex Hebreo in Latinum converso prolixit. Nihil socius, ut ne quid dissimilemus, utroque illo in loco Hieronymi nomen non ab illa que codicem exaravit primitus manu, sed ab alia, tametsi et illa antiqua, ac suppari, aliquo, ut videatur, atramento est additum. Subsequitur deinde commentarius, ex quo primi et tertii, et maxima ex parte quarti psalmi enarrationes descriptissimas, et ad faciendum de auctore periculum, exhibemus. Secundi integrum expositionem amissimus, ejus puto incuria, cui schedas nostras tradidimus describendas; sed quando non nisi quoddam operis ejus specimen damus, parum illa aut proposito nostro, aut lectoris studio jactura obscurerit. Hoc puto ipsum internoscendo auctori satie erit eruditis viris, neque enim, si Hieronymo tribuendum sit, ex his que haecne disputavimus, suspicari illo pacto licet. Mibi, nisi audacter est conjectura, quam ut bonis usque adeo argumentis probetur, ipsi placebet adscripsi S. Columbanum, quem supra laudavimus, primum Luxoviensi abbatii in Burgundia, deinde Bobiensi in Italia, ex cuius monasterio in Mediolanensem bibliothecam ipse importatus est liber. Quia paucia in vulgus prodierunt ejus ingenii monumenta, plerique enim in bibliothecis, et praecipue Floriacensi dicuntur latere, ejusdem atque hic commentarius salive, et gustus videntur esse: eadem etiam Scripturarum expressio, quantum et locorum collatione aliquot datum est intelligere. Constat vero cum aliis auctoribus, tum precipue ex Sigeberio, cap. 60, S. Columbanum tanto sa-*

pienter thesauro ditatum, ut adhuc adolescentis librum Psalmorum elimito sermone scriberet: ex quo Tri- themius, cap. 223, *Cum adhuc, inquit, junior esset magnum studium litteris sanctis impensis, adeo ut eleganti stylo scriperit, in totum Psalterium commentatorum librum unum*. Ad haec ejus quoque temporis ratio, sacculi nempto sexti, ad cuius usque finem S. albas devenit, testibus Fredegario in Chro- nico, et Almonio, lib. iii de Gestis Francorum, satis bene cum reliquis Scripturæ ejus circumstan- tiis, convenit: locus denique ex quo prodit illud nempto monasterium, quod ipse S. Columbanus fundavit, diuque rexit, ad conjecturam momenti plurimum addit. Nihilo tamen minus non pro certis constituta haec volumus, sed verum auctorem internoscere, doctorum hominum, qui haec lecturi sunt, judicio permittimus.